

Filius enim ut homo confon... filii... aut filium per  
 fuit de ipso deo... regis... filii in nobilitate tem  
 credam... nathanael... de omnibus... que erat in faciem  
 combrupt... **h**u... ad... die... supra... testis... ceruiculi  
 etant... p... indolis... stris... temp... om... defuerit  
 na... et... d... p... m... o... f... r...  
 m... et... d... m... o... f... r...  
 na... m... ab... h... d... m... o... f... r...  
 na... m... ab... h... d... m... o... f... r...  
 et... h... d... m... o... f... r...  
 na... m... ab... h... d... m... o... f... r...  
 na... m... ab... h... d... m... o... f... r...  
 et... h... d... m... o... f... r...  
 na... m... ab... h... d... m... o... f... r...  
 et... h... d... m... o... f... r...  
 na... m... ab... h... d... m... o... f... r...  
 et... h... d... m... o... f... r...  
 na... m... ab... h... d... m... o... f... r...  
 et... h... d... m... o... f... r...  
 na... m... ab... h... d... m... o... f... r...  
 et... h... d... m... o... f... r...  
 na... m... ab... h... d... m... o... f... r...  
 et... h... d... m... o... f... r...



U. q. 19, 1






K 99 1/2







16  
D. O. M. A.  
DISPUTATIO JURIDICA

Quam

*Ex l. asiduis. C. qui pot. in pign. hab.*

*& c. cum contingat ext. de jurejur. junct.  
utrobiq; not.*

IVSSV SCITVQVE AMPLIS-  
simi ordinis IC<sup>lorum</sup>. in celeberrima Viteber-  
gensium Academia,

P R Æ S I D E

MATTHIA GROSIO,

J. U. D. JURIDICÆ FACULTATIS

Adjuncto, & Judicij Electoralis Curia  
Advocato,

Pro Licentia in utroq; jure consequen-  
da, defendent,

MICHAEL LEDERERVS  
TORGENSIS &

ANDREAS SEIFARDVS,  
HALENSIS, SAXO.


*Habebitur disputatio*

In auditorio majori majoris Collegij 21. Martij  
horis matutinis & pomeridianis.

✽(•)✽

Viteberga, Typis Martini Henckelij, Anno

M. DC. VI.







T H E S E S

*Disputationis ex L. assiduis C. qui pot. in  
pignor. hab.*

Ad quas respondebit

MICHAEL LEDERERVS.

T H E S I S I.



*Erissimè dictum esse à Pomponio  
I C<sup>to</sup>. dotium causam semper &  
ubiq<sup>3</sup> præcipuam esse, etiam In-  
stin. Imp. hac constitutione pro-  
bat.*

II.

*Dum mulierem, dotem repetentem, non tan-  
tùm omnibus penè aliis creditoribus, qui in obli-  
gatione vel actione personali se fundant (id quod  
etiam antiquitus cautum erat) sed & hypotheca-  
riis, qui temporis privilegio vallati sunt, præse-  
rendam constituit.*

III.

*Mulierem intelligimus tam eam, quæ steri-  
lis vulgò reputatur, quàm quæ liberos habet, vel  
habuit.*

A 2

Etiam



IV.

*Etiam sexagenariam, vel septuagenariam,  
nuptias contrahentem, & dotem inferentem:*

V.

*Imò & sponsam, quæ spe futuri matrimonij  
dotem numeravit.*

VI.

*Quid verò, inquit aliquis, si uxor, hypotheca  
legali non contenta, etiam expressam impetret, an  
creditoribus, expressam anteriorem habentibus,  
postponetur? Ita sanè Ang. Ias. & Bald. Novell.  
visum est: Nos tamen cum Negusant. Didac.  
Covar. & aliis negamus.*

VII.

*Nec illorum opinionem probamus, qui mulie-  
rem expresse sibi cavendo legis beneficium amit-  
tere, asseverant.*

VIII.

*Ubi non abs re queritur, an privilegium hoc,  
quod  $\tau\acute{\omega}\nu\tau\omicron\pi\epsilon\gamma\acute{\epsilon}\lambda\alpha\upsilon$  vocat Plinius, ad heredes mulie-  
ris pertineat? Negat Gomeß. negat doctiss. ille  
Anton. Faber: Quo ad liberos affirmat commu-  
nis Dd. schola, cui & nos subscribimus.*

*Maritò*

*I X.*

*Marito tamen, dotem promissam exigenti:*

*X.*

*Et patri, mortuà in matrimonio filià, dotem profectitiam repetenti:*

*X I.*

*Nec non iis, quibus mulier actiones suas cessit, vel legavit, hypothecam quidem indulgemus, praelationis autem privilegium denegamus.*

*X II.*

*Uti etiam hereticam eo indignam judicamus.*

*X III.*

*Licet cum liberis, si ad Ecclesiam redeant, mitius agendum videatur.*

*X IV.*

*Creditorum appellatione hoc loco etiam Fiscum: itemq; patrimonium Caesaris & Augusta:*

*X V.*

*Ac multò magis Respub. ac Magistratus, merum imperium, seu, ut nunc loquimur, superiorem jurisdictionem habentes:*

*X V I.*

*Itemq; Ecclesias, Monasteria, Xenodochia, Nosocomia, & alia collegia LL. approbata complectimur.*

*A 3*

*S i t a*

XVII.

*Si tamen Noverca cum liberis anterioris matrimonij concurrat, horum causam potiore esse, Iustinianus voluit:*

XVIII.

*Nisi illa res suas, quas in dotem attulit, adhuc extare doceat, easq; vindicet.*

XIX.

*Quemadmodum & eum, qui marito pecuniam credidit ad emendam militiam, ea lege, ut militia hæc pignori sibi supposita sit, doti antefendum idem Imp. statuit.*

XX.

*Quod ad dominos, à marito res depositas, commodatas, precario concessas, aut furto subtractas (cum in his neq; dominium, neq; possessio transferatur) repetentes, extendendum arbitramur.*

XXI.

*Sic Illustriss. Sax. Electorem non tantum mercedes famulorum;*

XXII.

*Quibus cum D. Mollero Curatores, qui à creditoribus, autoritate Iudicis, bonis oberati debitoris præfici solent, annumeramus.*

*Et*

XXIII.

Et quæ in funus defuncti, ejusve curationem impensa sunt:

XXIV.

Modò facultates & dignitatem personæ non excedant:

XXV.

Itemq; quæ collectarum aut aliarum publicarum exactio num nomine Magistratui debentur:

XXVI.

Sed & pecuniam, quæ Erbgeld vocatur, hoc est, quam haeres cohæredi ex bonis hereditariis, & quidem immobilibus, distinctis terminis solvendam, debet, doti anteposuisse palam est.

XXVII.

Illa verò nobilis est, & à magnis autoribus in utramq; partem agitata, hoc autem loco inprimis discutienda, quæstio: An mulier, ratione dotis illata, non tantum legali hypothecæ anteriori, sed & expressæ præferenda veniat? Quæ quidem in re nos negativam opinionem, quam Illustriss. Sax. Electorem amplexum, & in plerisq; Rom. Imperij Dicasteriis receptam videmus, ut juri magis consentaneam, tueri conabimur.

Nisi

XXVIII.

*Nisi forsan maritus post hypothecam creditori constitutam, alia bona acquirat. In his enim mulierem potiore esse, communiter placuit.*



*Ad subsequentes conclusiones  
respondebit*

ANDREAS SEIFARDVS.

XXIX.

**E***X his, opinamur, patebit, quibus & ad-  
versus quos legis nostræ beneficium compe-  
tat, deinceps de rebus, quibus indultum sit, & à  
quo tempore currere incipiat, videbimus.*

XXX.

*Neminem autem inficias iturum putamus,  
quin ad dotem, tam marito ad inopiam vergente,  
quàm matrimonio soluto, repetendam, mulieri  
privilegium hoc debeat.*

XXXI.

*Idq; in dotis augmento similiter judicamus ob-  
tinere.*

Præfer-

XXXII.

Præsertim si augmentum hoc in re immobili consistat.

XXXIII.

An autem in dotalitio, quod pro modo dotis illata uxoribus in terris Sax. juris constitui consuevit, mulier hoc beneficio fruatur, dubitari poterat? Quæ quidem in re dotem & dotalitium ejusdem juris censi, & privilegium, doti competens, ad dotalitium extendendum arbitramur.

XXXIV.

Quid verò si matrimonium bonâ quidem fide, contra legum tamen præcepta, vel contra mandata, constitutionesq; Principum sit contractum, (quod putativum Interpretes vocant) an dotis repetitioni & privilegio huic locus erit? Et ita putamus.

XXXV.

Si modo errore acerrimo, non affectato, insimulato vè decepti, aut ætatis lubrico lapsi sint contrahentes.

XXXVI.

Donationem autem propter nuptias hoc beneficio gaudere noluit Imp.

B

Quod

XXVII.

*Quod de bonis mulierum paraphernalibus  
equè intelligimus.*

XXVIII.

*Licet tam donationi propter nuptias, quam  
paraphernalibus hisce jus tacitæ hypothecæ non  
adimamus.*

XXIX.

*Sed nec in iis locum habere legis nostræ privi-  
legium arbitramur, quæ ex constitutione Electo-  
rali, mortuis maritis, fœminis superstitis, in  
tertiâ aut quartâ parte bonorum, proratione  
casus incidentis, sub electione debentur.*

XL.

*In bonis sanè mariti feudalibus neq; <sup>αρωτοπραξιας</sup>  
neq; tacitam hypothecam mulieri largimur.*

XLI.

*Aliud tamen in fructibus feudi adhuc ex-  
tantibus, & pecuniâ, ex rei feudalis venditione  
reductâ, statuimus.*

XLII.

*Idq; etiam de bonis Emphyteuticis & Cen-  
siticis*



*siticis in Saxonie Electoratu cum Mollero intel-  
lectum volumus.*

*XLIII.*

*Ceterum non raro usu venit, ut creditores, mu-  
lierem dotem intulisse, negent, illa contra affirmet,  
idq; mariti chirographo probare velit, an & hoc  
casu mulierem preferendam existimabimus? Et  
magis est non preferri.*

*XLIV.*

*Privilegium enim, de quo lex nostra loquitur,  
de dote data, seu numerata tantum, non autem  
de cautâ, seu (ut Dd. loquuntur) confessatâ accipi-  
endum est.*

*XLV.*

*Usq; adeo, ut nihil referat, ante vel post ma-  
trimonium consummatum:*

*XLVI.*

*Ab uxore, socero vel extraneo dotem sibi  
numeratam esse, maritus fassus fuerit:*

*XLVII.*

*Aut exceptioni non numerata dotis expresse:*

*XLVIII.*

*Etiam sub jurisjurandi religione renuncia-  
verit:*

*B 2*

*Aut*

XLIX.

*Aut tempus ei opponenda prefixum, elabi passus fuerit.*

L.

*Modò creditores jus suum urgeant:*

LI.

*Et debitum liquido probent.*

LII.

*Nam si & hi & illa tantum nudo mariti chirographo nitantur, favore dotis pro muliere respondendum erit.*

LIII.

*Nunc dubitari potest, quando incipiat hoc privilegium? Et magis est, ut tempus dotis date attendamus.*

LIV.

*Quamvis non ignoremus, dubium illud hisce in terris per constitutionem Electoris Saxoniae remotum esse, quò disponitur, ut privilegium hoc à tempore contracti matrimonij, hoc est, copulationis à Sacerdote factæ in templo, computetur: idq; siue ante, siue postea dos inferatur.*

LV.

*Illud deniq; circa hanc nostram constitutio-*

*nem*

nem non immeritò queritur, an mulier privilegio  
prælationis possit renunciare? Id quod certò cre-  
dimus, si juramentum interveniat.

LVI.

Aut mulier iteratò post biennium huic pri-  
vilegio renunciæ:

LVII.

Modò alia bona mariti supersint, ex quibus  
mulieri consuli possit.

LVIII.

Imò quamvis nec juramentum interveniat,  
nec etiam iteratò mulier renunciæ, idem tamen  
ex jure consuetudinario, Electoris Saxonie con-  
stitutione confirmato, obtinet, dummodo curato-  
rum autoritate sive consensu adhibito, à mulieri-  
bus in judicio renunciatio fiat.

LIX.

Ubi de illo dubitari potest, num jus, Electo-  
rali constitutione confirmatum, eò usq; porrigen-  
dum sit, ut renunciatio, facta uni, præjudicet mu-  
lieri etiam quoad alium, non habentem causam  
à primo, secus ac jure civili disponitur? Et ma-  
gis est, ut negemus.

B 3


Nume.


L X.

*Numerum claudat illa questio: Num jus  
Electoralis constitutione introductum, locum  
indistinctè habeat, siue mulier de jure isto certio-  
rata sit, siue non? Quod nobis videtur  
verissimum.*

F I N I S.








01 A 6573

ULB Halle

3


003 090 345



in die iohann dno mattheo sig fuxor di con ma  
p. 41. p. uoanuat est p. 41. p. 41. p. 41. p. 41.  
a p. 41. p. 41. p. 41. p. 41. p. 41. p. 41. p. 41.  
a p. 41. p. 41. p. 41. p. 41. p. 41. p. 41. p. 41.  
p. 41. p. 41. p. 41. p. 41. p. 41. p. 41. p. 41.







B.I.G.

Farbkarte #13

16

D. O. M. A.  
DISPUTATIO JURIDICA  
Quam  
Ex l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab.  
& c. cum contingat ext. de jurejur. junct.  
utrobiq; not.

IVSSV SCITV QVE AMPLIS-  
simi ordinis IC<sup>torum</sup>. in celeberrima Viteber-  
gensium Academia,  
P R Æ S I D E  
MATTHIA GROSIO,  
J. U. D. JURIDICÆ FACULTATIS  
Adjuncto, & Judicij Electoralis Curia  
Advocato,  
Pro Licentia in utroq; jure consequen-  
da, defendent,  
MICHAEL LEDERERVS  
TORGENSIS &  
ANDREAS SEIFARDVS,  
HALENSIS, SAXO.  
Habebitur disputatio  
In auditorio majori majoris Collegij 21. Martij  
horis matutinis & pomeridianis.  
V Viteberga, Typis Martini Henckelij, Anno

M. DC. VI.

